



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 98. Borsii Ferrariensis Ducis obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Paschatis die inter Missæ solemnia in Ferrariæ Ducem inauguratus est. Hanc <sup>A.C. 1471.</sup> conditionem tanquam Vicarius Sedis Apostolicæ hucusque possederat, nunc vero illam Paulus II. ad Ducatus prærogativam evexerat, eo fine, ut Borsium, quem Fridericus Imperator antea Mutinæ & Regii Ducem creaverat, in Ferrariensis quoque ditionis possessione pari prærogativa firmaret.

## §. XCVIII.

*Borsii Ferrariensis Ducis obitus.*

Ceterum Borsio haud diu Ferrariensis Ducis dignitate frui licebat; quarto enim circiter post mense die vigesima Augusti rebus humanis ereptus est, & ingenti pompa, atque luxu sepultus in Coenobio Carthusianorum, quod ipse Ferrariæ condiderat. Huic successit Hercules spurius ipsius frater; ipse enim, cum nulli unquam thoro sociatus esset, liberis carebat.

## §. XCIX.

*Mors Georgii Podiebracii Bohemice Regis.*

Hoc eodem anno die vigesima secunda Martii mortalitatem exiit Georgius Podiebracius Bohemice Rex. Hic cum se a summo Pontifice exauctoratum, &

*Cochl. Hist. Hussit. l. 13. sub fin. Michov. l. 4. cap. 62.*